Sitibi sunt animae pictor quibus inseres artem.
Mollior in tauro claudatur spiritus oro.
Fortia sint miserae non dantur corda puellae.

## ENNODIUS FAUSTO

Solet epistolaris concinnatio quando fauore recipitur iudicia
non amare. Et cupiosius facere beneficium dum attollit
inmeritos. Ille enim debet amplius adserenti qui quod moribus
non exigit gratia scribtoris suffragante consequitur. Quia
nullis adiutus conscientiae dotibus iure ad allegantem reportat
si quis adipiscitur. Aliud est meo qui commendatur tamquam nobile
germinta peregrinantia bona uerbis inserere aliud innata
uulgare quemadmodum si rusticum pecus tyria confirmis
purpurae sponte uestiri. Et uirus generosum quod uellus aeno
inebriante non sorbet dicas rure diffundere. Tinguant alii
linguae murice quae nullus ad regalem usum fucus exhibuit.
Et discretim maris ignota codeis lana solam lucem bibit eloquii.
Redditur dignum principalibus indumentis quidquid inuli munere
relatorum uerba colore uerint. sed ab huiusmodi urbanitate
uires sine pariter et uotatis subducunt. Nulla clarioris suci
stamina per me splendore rutilabunt. Nemo dictum de aliquo
inueniet quod in eius actibus non agnoscat. hinc pudori meo
uel proposito manum porrigo quod illi pretium inpendo cuius
officium. qui ad notitiam uestram rebus bene gestis occurrit.
Venantium uc loquor. idcirco a me paginale inpetrasse se
obsequium ut in se oculos uestrae magnitudinis inuitaret.
Ne eum inter curarum moles contingeret ignorari. sunt illi
suffragia sua per quae inter susceptos uestros mereatur adscribi.
Exhibuit uobis modestiam religionem innocentiam quibus penitralia
serenae mentis omnibus introiret. Exuberant mihi credite apud
eum insignia quae fouetis. Non laudatorem me continuo meo
probabitis fuisse sed testem. uos mi domine per latori digna
tionem principe loco tribuite. Ne uir bonus nouitate turbet

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0196